

143

D. Pareus D. Plano. De Sto ibog.

92.

SALUTEM. Faustus vobis et nobis hic annus eat, Reverende frater, Vir clarissime. Causam ad vos scribendi mihi nunc praeiit Jesuitarum impudentia, qui mendacijs et calumnijs causam suam modis omnibus promoveant, nostram premunt passim. Accidit, ut in acidulis mense Augusti superiore Swalbacum ad me excursi tarent. Moquentinenter Jesuita primum Becanus & Serarius: postea illis digressis etiam Mulhusinus. Cum illis unicum fuit colloquium: quia illico recedebant: cum isto aliquoties congressus fuit de varijs capitibus in magno plerumq; auditorum numero. Ad egi hominem his terre, non ad silentium quidem (silere enim nesciunt) sed ad trepidationem: praesertim de Missa sacrificio affirmantem, corpus Christi gloriosum destitua Sacerdote: idq; ex definitione veri Sacrificii, quam urgebam ex Bellarmino. Omnium consensu victoria faule mea erat: licet ego parum morarer. Nequissimi homines, ut eluerent maculam, sparserunt articulos scriptos, Pareum tergiversatum fuisse, stare non potuisse, conspectu Jesuitarum non tolerasse: quos ad me nuper quidam amicus misit. Mendacia mendacissima. Suaserunt amici, ut summam colloquiorum habitorum typis prodarem, et sic calumnias refutarem. Facturus id sum proxime, si videret Dominus: quamquam sciam cum Ethiopibus mihi rem fore, ut prius. Exempla quadam insignia similia mendaciorum Jesuiticorum cogito praefigere. Unum est, quod nuper legi, libellum mihi subministrante D. Pleseno de Alfonso Salmore Jesuitica Laoditico, qui scribit Anno 1558. Basilea se in transitu colloquiunita habuisse cum Theologis, ut ad deprecationem his fuerit veniendum. credo

D. Plesenum

92.
D. Pleserum tale quid etiam ad venerandum D.
Socerum tuum scripsisse. Mendacium esse non dubito.
Quaeso tamen rei veritatem, si potes, certo cum autentico
signo ad me perscribas. Facies mihi rem gratissimam,
Ecclesia utilem. Prædictum D. Socerum, D. D. Gryna-
um non libenter fatigo, occupatissimum alioqui in sua se-
nectate. Facile ejus consilio verum cognosces. Eundem ex me
officiosissime salutes velim. Mitto ad te schema secundæ
visionis Apocalypsee, in quâ explicandâ rogatu Auditorum
meorum nunc versor: utinam sat proficiat! Conor tamen quod
dat Dominus. Nostra sunt loco solito. Orate pro nostro
Josiâ nobiscum. Feliciter vale. Heidelbergæ 26 Januarij
1609.

93.
Emandus Polanus S. Davidi
Pareo S. P. D.

Litteras, quas ad me nuper misisti, Reverende,
et mihi plurimum honorande frater, unâ cum typo a-
nalytico aliquot capitum Apocalypsee accipi. Jesui-
tas, qui socij esse JESU malunt, quàm servi: meliores
scilicet et excellentiores Apostolo, qui non socium sed ser-
vum Domini nostri JESU CHRISTI se esse gaudebat et pro-
fitebatur, à colloquio tecum inacidulis Swabachianis ha-
sitis, scriptum calumnijs refertum sparsisse, quid mirum?
Qui strenuam operam navant serpenti illi antiquo, qui
Deum ipsum calumniari in Paradiso ausus est, et totos
se se addixerunt Pseudopropheta illi, de quo Apocalyp.
19 et 20. rem le viculam ducunt de hominibus mentiri.
Qui Jesum Christum in tot pijs acriter persequuntur
D. Ferro, Flam.